UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Petrus Cælestinus. C S Iuo C. S. Pudentiana. V. 19. Mai.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Visual Library

1. S. Petrus de Morono Cæleſtinus V dictus in Papatus B Clementem M ac Pontificem imitatus, ſupremum Epiſcopatum depoſuit, & certis cauſis ad priuatam anachoreticamque vitam redijt, in qua à Deo virtutibus & miraculis eſt honoratus obijt A. 1295.

B. Iuo ſol Iuris conſultorum, pauperum Aduocatus gratuitus, imo hoſpes, in ſe adeo durus vt præter ſeruitia inopum ſomnum humi caperet, cilicio etiam cruciaret, dies ieiuniorum pane & aqua ageret. Ob hæc ei Chriſtus ipſemet apparere & excipi voluit. Denique victor ſui & mundi, ad victorem mundi Chriſtum peruenit.

B. Pudentiana V. Romana Pudentis Senatoris Rom. filia, patrimonio pauperibus erogato, cum ſorore S. Praxede precibus, ieiunijſet & ſepulturæ MM. ſe dedit, & Coronam Iuſtitiæ recepit.

B. Petrus Cæleſtinus. C. S. Iuo C.
S. Pudentiana. V. 19. Mai.

Studium perfectionis.

Virtutes ſi ſeparatæ fuerint dilabuntur. Chryoſol.

Deus qui nos B. Petri Cæleſtini (B. Iuonis C. B. Pudentianæ V.) annua ſolemnitate lætificas: concede propitius, vt cuius natalitia colimus, etiam Actiones imitemur Per D. N. Ieſum Chr. &c:

Ora pro Ordin: Relig: &c